



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii**

**Aufréri, Étienne**

**Leodii, 1702**

Limitatio. 45.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

## Limitatio. 45.

45. Laicus iudex secularis in criminibus mixtis, in quibus est locus præventioni, de quibus *in cap. cum sit generale. de foro competen.* supplet negligentiam iudicis Ecclesiastici: ut tenet Petrus de Anchar. *consilio suo 196.* Nam iudex Ecclesiasticus cum dolo & negligentia prætermittit procedere, non dicitur prævenisse: ut *in cap. cum plures de officio del. lib. 6. & cap. si duo. de procurato. eodem lib. & in cap. significavit. de offi. ordin.* ubi iudex inferior utitur sua iurisdictione quando superior non procedit in causa: ad quod facit dictum Bartol. *in l. 2. ff. de sepulch. viola.* ubi præventio nihil prodest, quando criminis punitio protelatur, contumacia partis, fortius ergo ubi negligentia iudicis, secundum eum.

48

## Limitatio. 46.

46. Laicus Imperator, Reges & Principes alii ad quos pertinet: datâ negligentia, possunt congregare concilium: & tunc non refert per quos concilium evocetur: dummodo congregetur: ad quod bona, glossa. *in cap. tua de decimis*, quæ vult, quod in casu schismatis ubi illi qui faciunt schisma per Ecclesiam corrigi non possunt: Laici habent potestatem in Clericos allegat 23. *quæst. 5. capit. de liguribus, de sentent. excommunicat. cap. ut famæ.* & scripsi supra in tertia fallentia primæ regulæ, ad quod ultra ibi post Anthon. & Si-

49